

Christoph Redecker

Disputationes Sex De Feudis

Rostochii: Weplingius, 1692

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749567503>

Druck Freier  Zugang





N. N. — 2 (77.)

1. a. Slingen de jure quod liberis imperii civitatibus competit praesentandi assestorem in camera impernali.
2. Schlüter de jure delectus in sacro Romano imperio.
3. Klefcker de hantfa Teutonica secundum principia juris publici imprimis considerata.
4. Reinhard de hypotheca feudali praecipua securitate commendabili
5. Reinhard de effectu contractus pignoratitii in feudo
6. Biener de civibus praesertim Saxonici feudorum equestrium capacibus
7. Biener de successione feudorum non secundum jus representationis sed linearum praerogativam ordinanda.
8. Stieglitz de causis cur in Germania jus feudale Germanicum neglectum et jus feudale longobardicum receptum sit.
9. Nettelbladt de imperii sacri statuum protestantium imp: Rom: Germ: vera natura et indole.
10. Schnaubert de jure succedendi feminarum in feudo a femina acquisito.
11. Nettelbladt de coronatione ejusque effectu inter gentes.
12. Nettelbladt de successione expectativariorum in feudo aperto.
13. Nettelbladt de refusione debitorum feudalium plurimum.
14. Hoffmann de praesentationibus assestorum camerariorum circularibus per suum.
15. Schneid de eo quod circa austraciar voluntarias inter vasallos et circa appellationem in feudo extra curiam juris est.
16. Woltaer de feudo Marchicis allodificatis censuali qualitati haud obnoxiiis.
17. Woltaer de feudo alienabili.
18. Hübel num ob renovationem simultaneae investiturae a proximiora simultanea investito omnia consolidatio feudi temporaria, existente successione casu, locum habeat
19. Bauer de actione Pauliana
20. Wiedvogel de feudo vultetico.
21. Stein de eo quod interest inter oppignorationem feudi sub pacto antichretico et venditionem ejusdem cum pacto retrovenditionis.
22. Stein de revivitione feudi oppignorati.
23. Ströck de obligatione feudali, consensu munita.
24. de Ludewig de obligatione successoris in principatu et clientela.
25. de Ludewig de jure suffragii Pr. Bohemiae novissime instaurati in comitibus
26. Gardili de iudicio imperii aulico. Vnißsufvass.
27. Ludewig. Henricus auceps historia auceps.
28. de Doewenstem de successione collateralium in feudo novo jure antiquo qui concessit secundum jus commune et Mecklenburgicum jure restituta.
29. Schroeter de feudi alienatione.
30. Reuwer de forma feudi.

31. Pannarese de feudis.
32. Fritsch de feudo solari.
33. Lyncker de feudo pecuniaro.
34. Gribner de feudis imperii masculinis non femininis.
35. Hoffmann de feudo poenae.
36. Strgok de feudo pignoratitio.
37. a Gölchen de feudo ligis.
38. Schlessenstein de feloniam circumstantionis.
39. Brückner de feudo infirmi imprimis qualivoxione quaesito.
40. Schulze de feudo gratiae.
41. Redacker disputationes 6. de feudis.
42. Rahne de feudis.
43. Stuckius de feudis.
44. Schwarz de feudis in genere.
45. Schaumburg de fine fidelitatis vasallituae suaeformis unico iustif
ficatorio autem ex conventionem inter dominum et vasallum arbi
traria diverso.
46. Geirler de protocolis comitalibus.

41
DISPUTATIONES SEX
DE

FEUDIS,

^{QV AS}
PRÆSIDE
CHRISTOPHORO
REDEKERO,

J.U.D. COD. PROF. CONSISTORIIQ; 38
DUCALIS ASSESSORE
IN

Alma ad Varnum Academia
Nobilissimi, atq; Præstantissimi aliquot
Juris Studiosi, quorum nomina Singulis
Disputationibus adjecta sunt

publicè
defenderunt
Anno MDCCXCII.



ROSTOCHII,
Typis JOH. WEPPLINGII Univ. Typogr.

DISPUTATIONES

REUDIS

CHRISTOPHORO
HEBBERERO

MD. CCCC. LXXV.

ALBERTO COMITIS
MAGISTRO

ALBERTO COMITIS
MAGISTRO

ALBERTO COMITIS
MAGISTRO

DISPUTATIO I.

Respond.
JOHAN.
CHRIST.
MEISNE-
RO. Rhodæ
Waldeco.

DE juris feudalis, quod utilissimum, & in foro frequentissimum est, *Gedd. Disp. feud. 1. pref. Origine*, variaz Feudistarum exstant opiniones. *Rudinger. in Method. univers. jur. feud. lib. 1. cap. 1.* Verum in hac indaganda nimis prolixi non erimus, cum ad rem parum, vel nihil faciat, *Zabel. Exerc. feud. 1. eb. 3. lit. b.* Verosimilior tamen nobis videtur illa, quæ in genere, Germanis, *Grotius de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. n. 23.* In specie, Longobardis, de quorum sede prima & nomine Ddres quoque discrepant; *Anton. Disp. feud. 1. eb. 1. lit. c. d. e.* eam adscribit, *Seruv. Syn. ag. Jur. feud. cap. 1. Aphor. 3. n. 4.*

Th. 2. Sunt autem jura hæc, vel toti Romano Imperio communia, *Seruv. d. c. 1. Aphor. 6.* vel nonnullis Territoriis specialia, *idem, ibid.* Illa, de quibus præcipue agemus, Imperatorum Constitutionibus, *1. f. 19. 2. f. 27. & 40. & Pontificum Decretis, 1. f. 6.* (quorum referunt Constitutiones quorundam Pontificum ex jure Canonico, *Seruv. c. 1. Aphor. 5. n. 4.* de quorum Auctoritate, videatur *Excell. Strykius in Exam. jur. feud. c. 1. q. 20.*) Prudentum Responsis, *2. f. 25.* & Longobardorum Consuetudinibus, constant: à quibus, ceu parte principaliori, vocantur Usus feudi, *2. f. 10.* Usus Regni *1. f. 15.* Usus Curiarum, *2. f. 103.* Mos rectus, *vid. Rudinger. d. tract. lib. 1. c. 1.* Nec obstat, quod in Scripturam redactæ sint, *Schnobel. Disp. feud. 1. eb. 7.* Hæc, quæ olim præprimis observarunt, fuerunt Saxonum & Sævum, *Seruv. d. l. n. 5.* Hodiè quodlibet Territoriū ferè suo particulari jure feudali gaudet.

Th. 3. Illa duobus vulgariter, quinq; autem juxta Cujacii partitionem, libris, sine ullo ordine, *Ruding. d. l. n. 21.* comprehenduntur, *Stryk. d. c. q. 36.* & dividuntur generaliter in capitula Authentica, & Apocrypha, quæ à Cujacio ex Ardizone & Alvarotto, restituta incipiunt à *tit. 73. Gothofred. ibid.*; Attamen nondum in scholis & foro recepta ut probent; sed ut illustrent *Gusdotius p. 1. q. 8.* *Strykius* iis majorem vim tribuit, quem *vide, c. 1. q. 22.*

Th. 4. Li-

A

Th. 4. Librorum Compilationem feudaliū, nulli certo autori adscribimus cum *Sebnobelio*, D. 1. th. 5. & licet communi Doctorum opinione, Gerhardus Niger, Obertus de Orto, qui & Ortensius vocatur, *Duaren*, in tract. de feud. c. 1. n. 4. uterq; Consul Mediolanensis, *Maranta* in Pract. p. 2. n. 48. & Hugolinus Jctus Bononiensis, qui Constitutiones Imperatorum adjecit, jusq; hoc Corpori juris addidit Anno 1168, *Siruv*. c. 1. aph. 7. n. 4. auctoritate *Odofredi* in *Ausb*, *Cassa C. de S. S. Eccl.* habeantur compilatores *Stryk*. c. 1. q. 9.

Th. 5. Quamvis autem hæc Longobardis primum fuerint propria; usu tamen facta sunt communia *Heigiu* p. 1. q. 1. n. 47. & in Imperio Romano, sine publica tamen lege, *Conring*. de O. J. *Germ.* 133. obstat. *Myler*, ab *Ehrenbach* in *Gamol.* 6. th. 23. recepta, & in Reecessibus Imperii tacite approbata *Stryk*. c. 1. q. 17. adeo ut legis vim obtineant *Paul. Berens* D. 1. th. 8. & obligent Omnes, tam Clericos c. *ceterum* 10. X. d. *Jud.* c. *verum* c. ex transmissio x. de foro *competence* *Berens* *ibid.* th. 9. nisi specialis lex, aut posterior consuetudo eos liberat, *Guidott.* d. tractat p. 1. q. 14. quam Laicos.

Th. 6. Quare Judex in causis feudalibus sententiam secundum illa ferre debet, nisi velit & litem suam facere *arg.* *Ausb*. *Jubemus* C. de *Judiciu*. *Schultz* de feud. c. 1. n. 13. & sententiam nullam esse *Schraderus* d. feud. p. 1. q. 1. n. 10. Inspiciat autem ante omnia instrumentum investituræ 2 f. 2. l. 52. ff. d. *V. O.* l. 1. §. 6 ff. *depos.* & quidē antiquioris *Siruv*. c. 1. a 11. *arg.* c. *accessorium* d. *R. J.* in 6. nisi ex certa scientia prioris mutatio Domini & Vasalli consensu constat facta *Sebnobel*. *Disp.* 1. th. 13. Hoc non existente, inspiciat curiæ consuetudinē l. 50. §. ult. ff. d. *legat.* 1 sed quid, si hæc a consuetudine loci differat? disting. cum *Rosenthalio* inter ea, quæ vel ipsam rem feudalem; vel ejus contractum tangunt: priori casu consuetudinē loci rei sitæ; posteriori verò loci contractus, observet. c. 1. *consul.* 14. & si ea varia est, illa tunc tenenda, quæ magis specialis & propria *Arisim*. *diff.* f. 1. th. 3. Deficientibus his omnibus, Statuta observet; Dein ad Jus recurrat feudale commune, in quo si textus sese offerant sibi contrarii, quales plures dantur *Stryk*. c. 1. q. 32. amplectatur reliquis textibus, aut rationi convenientiorem *Carpz.* *Disp.* feud. 1. th. 22. idem dicendum, si diversæ in uno textu occurrant sententiæ, nam primam, aut ultimam, reprobatam dicere, sine

sine lege erubescimus. Quod si nec lucem præbeant deciden-
di Jura Longobardorum, Civili & Canonico absque Ca-
lumnia uti poterit 2. f. 1. *vers. strenuus*. pro ut forum idexi-
git *Rosensch. c. 1. concl. 19.* nisi in alterutro casus expressè repe-
riatur decisus *Seiserus Disput. f. 1. tb. 76.* vel de peccato vitando aga-
tur, quo casu canonicum observari volunt *Gaddeus de sequestrat*
c. 1. n. 8. Schrader. p. 1. q. 6. n. 5. Schneidewin. de feud. p. 1. n. 8. vide d. hac
th. in genere *Arishmaum all. loco Mynsing. cent. 5. tb. 76.*

Th. 7. Circa feudi vocabuli (quod denotat (1.) rem in
feudum datam 1. f. 1. *§ 4. 2. f. 8.* (2.) conventionem 2. f. 20. (3.) ipsum
Jus in re feudali ex conventionem constitutum 2. f. 25.) notationem,
varii sunt Interpretum sensus & dissensus. Alii enim id a fœdere,
alii à faida, alii a fungendo, alii a juramenti fidelitatis initialibus
literis, alii a Vasleto vel vacelleto, alii a germanicâ voce fôden
vel sôden. i. e. pascere, alii a vocabulo Bogbey i. e. præfectura;
optima tamen sententia eorum, qui idâ Longobardicâ voce fe-
de, i. e. fide, deducunt 2. f. 3. *Seruv. c. 1. apb. 1. Arishmaum differe. 3.*
tb. 1. Unde & vasalli fideles dicuntur 1. f. 4. *§ 5.* Germanicè *lie-*
be getewe; quæ tamen formula hodie ad subditos quoque porrecta
est *Martb Stephan. in Oeconom. Juris feud. c. 2. n. 6.*

Th. 8. In tertia significatione, quæ hujus loci est, defi-
nitur feudum per Jus in re aliena, sub lege mutua fidelitatis, con-
stitutum *Antonius D. feud. 1. tb. 2.* quæ ultima verba docent quo-
modo differat ab usufructu, Emphytheusi, Locatione, Super-
ficie, Precario, Contractu Censuali, & Libellario *Guidottius p. 2.*
q. 16. § seq. Schnobel. D. 1. tb. 23.

Th. 9. Dividitur autem in genere (1.) in PROPRIUM &
IMPROPRIUM, Illud in omnibus perfectam feudi naturam retinet;
Hoc vero non, *Friedlib. c. 3. n. 3. Stryk. c. 3. q. 5.* Naturalia autem (1.)
sunt Juramenti præstatio 2. f. 3. (2.) masculorum successio 1. f. 8. c. 2.
(3.) ad Servitia, & quidem incerta, obligatio 2. f. 23. (4.) alienatio-
nis prohibitio 2. f. 55. (5.) investitura post mortem Domini re-
novatio 2. f. 24. (6.) feudi præviâ culpâ amissio 1. f. 21. (7.) obje-
ctum sit immobile 2. f. 1. (8.) directum dominium maneat
penes Dominum; utile transeat in vasallum 2. f. 8. *§ rei.* (9.) tran-
seat ad hæredes (10.) non tamen ad legitimatos vel naturales

2. f. 26. §. *naturales* (II) concedatur gratis 1. f. 27. ceterum, si dubium oriatur an feudum sit Proprium, vel Improprum, pro illo presumitur 2. f. 2. *Guidoss. p. 3. q. 3.* & Statuta de feudis loquentia, nisi in illis appareat disparitas, de ambobus intelligenda *Anton. D. 1. th. 7. li. C. Carpz. d. 2. th. 42.*

Th. 10. Proprium subdividitur in NOBILE à potestatem & voluntatem nobilitandi simul habente, concessum *Pult. lib. 1. c. 8. n. 9.* tacita tamen voluntas sufficit *Rosentb. c. 2. concl. 2. Arumaw d. f. 2. th. 46. Bocer. d. qualis. & diff. feud. 3. n. 19. Gail. lib. 1. obs. 30. n. 4. Anton. d. 1. th. 6. li. b. & IGNOBILE* ab illo, cui vel facultas, vel voluntas nobilitandi non est, collatum *Pultej. d. 1. q. v. n. 3.* nec consequitur istiusmodi possessor jura personæ; sed feudo saltē cohærentia *Stryk. c. 3. q. 38.* NOBILE iterum dividunt quatenus cum dignitate regali, vel sine eâ conceditur, illud Regale, germanice ein *sahndehu* si secularis, vel ein *Scepter-Lehn* / si Clericus de eo in vestitus *Arithmau diff. 4. th. 4. li. C. hodie per ensen in vestitura fit Stryk c. 3. q. 33.* Hoc non regale vocant *Idem q. 34.*

Th. 11. Dividitur 2. in NOVUM & VETUS; Illud est cujus causam acquirere non habet ab alio, quam a se ipso & Domino conferente 2. f. 11. §. *hic vers. Pultej. c. 8. n. 7. Mecklenb. Lehn-Recht c. 3. n. 3.* quo referresolent (1.) quod pretio feudi antiqui comparatum *Schnobel. D. 2. th. 6.* vide limitationem *ap. Stryk. c. 3. q. 19.* (2.) quod ab una familia in aliam translatum *Schnob. ibid.* (3.) amissum propter feloniam & ex gratia restitutum *Mecklenb. Lehn-Recht c. 3. n. 5. Paul. Berens. Disp. 1. th. 67.* nisi RESTITUTIO fiat in pristinum statum *l. 12. §. 2. ff. quod metus causa l. 24. §. restitutio ff. de min.* (4.) feudum oblatum *Mecklenb. Lehn-Recht. c. 1. n. 6.* (5.) antiquum consensu agnatorum ceu novum concessum *Schnob. d. 2. th. 8.* quo pertinet casus a *Stryk. all. c. 3. q. 13.* si filius abstinendo hereditate paterna consensu agnatorum de novo investitur. VETUS ein *uhr-alt Väterliches Stam-Lehn* ab uno aliquo ascendente acquisitum 2. f. 50. quod *Dd.* solent distinguere (1.) in PATERNUM & ANTIQUUM *Berens d. 1. th. 98. & 99.* quæ tamē effectu non differunt 2. f. 50 (2.) in VERETALE & PACTETALE, quod posterio fictione juris censetur antiquum; nam fictio idem operatur in casu ficto, quod

quod veritas in casu vero. *Berens Diss. f. 1. tb. 64.* A Prælato tamen sub hoc pacto datum, non sortitur qualitatē feudi antiqui *l. jubemus C. de S. S. Eccles. Fachinanus lib. 7. contr. 58.* In dubio autem, an novum an vetus? disputant Interpretes, nobis placet distinctio *Paul. Berens. all. loco. tb. 61.*

Th. 12. Dividitur 3. in ECCLESIASTICUM das Krumbstabsche Lehn. *Webner. in Obs. pract. b. v. à camboca vel cambuca, i. e. incurvato baculo Gerb. Voss. lib. 2. c. 4. d. vit. ferm. qvo clerici, excepto, Pontifice, Strauch. in aman. Jur. Canon. e Semest. alser. Eccl. 7. c. 8. n. 19.* investiri solebant *Friedl. c. 3. n. 16.* dictum, quod in re Ecclesiastica, & SECULARE, quod in re Seculari, conceditur *Schnob. D. 2. tb. 13.* Illud, proverbio der Krumbstab schloest niemand auß non obstante, Proprium est *Carpe. D. 2. tb. 33.* Singulare in hoc est: quod a prædecessore promissum successor præstare non obligetur *Schnob. d. l.* Huc refert *Stryk. daß Pfarr-Lehn* quando quis in pago suo cum patronatus jure investitus est *c. 3. q. 24.*

Th. 13. Dividitur 4. in LIGIUM a ligando dictum *Schnob. disp. 2. tb. 14.* quando vasallus domino obligatur contra omnes, nemine, nisi Deo *Ahor. 4. v. 19.* minimè Pontifice Romano *Berens. D. 1. tb. 48.* excepto *2. f. 52. § 99.* & NON LIGIUM, quando superior, aut antiquior dominus, excipitur *2. f. 7. § 25.* duorum autem quis Ligius simul fieri nequit *2. f. 99.* nisi ex accidenti *ibid. Gail. d. ar. res. c. 6. n. 20.* Potest in Ligius unius, alterius esse subditus *Berens. d. 1. tb. 46.* atq; feudum tale, invito domino, refutare *2. f. 38. Berens all. 1.* minimè tamen expresso pacto, vel jurejurando contra illum se obstringere *Arithm. d. 4. tb. 7. in fine.*

Th. 14. Improprrium seu degenerans feudum (1) est FŒMININUM germanicè daß Weiber-Schlöcher oder Kuncellehn. *Webn. O. P. lit. K. b. v. Besold. in T. P. lit. K. n. 52.* cur dicatur Improprrium, docet *Stryk. c. 4. q. 4.* cum quo fœmina primùm investita *2. f. 30.* idq; cum transit ad hæredes, maternum dicitur *1. f. 15. Rosentb. c. 2. concl. 6. n. 5.* etiamsi masculi postea in eo succedant & fœminas excludant *2. f. 3. Schnobel. d. 2. tb. 3.* nam feudorum semper origo & stipes primus spectandus *2. f. 17. Lun. C. de impone nd. Lucrat. descript. Vulcey. c. 8. n. 3.* Usu obtinuit, ut in largiori & latiori significato, omne feudum, in fœminas transitorium. fœmininum vocetur *Rosentb. c. 2. concl. 7. n. 1. Anson. d. 1. tb. 7.*

lit. b. Bitschius, Hoc feudum foeminae, Illud foemininum, vocat Stryk. c. 4. q. 7. Id, quod mulier concedit, foemininum non est Berens D. 1. tb. 51. Schnob. 2. tb. 2. uti illud, quod mater sub pacto: ut filii solum succedant, vi pacti masculinum; licet ratione originis, foemininum; Stryk. d. c. 9. 8. in dubio pro masculino militat praesumptio d. d. Schnob. d. D. tb. 3. Mixtum vocant a masculino & foemina simul acquisitum, in quo extantes filii, filias excludunt. 2. f. 30. deficientibus filiis, portio Patris redit ad dominum; matris vero pertinet ad filias 2. f. 104. Stryk. c. 4. q. 11. In Ducatu Megapolensi filiae, deficientibus filiis, feuda Patris defuncti ad vitam finem retinent Mecklenb. Lehr-Recht c. 16. von Gesetzlichkeit der Jungfrauen im Lande zu Mecklenburg.

Th. 15. (2) PECUNIA ACQUISITUM FEUDUM, quia non gratuitum, est Improprum *Arithm. d. 4. in f. 1. f. 14.* an autem hoc deficientibus filiis, ad filias quoque transeat, Doctores dissentiunt. Affirmativam sententiam *Gail. 2. Obj. 159. n. 5.* Negativam *Mynsingerus c. 5. Obj. 73.* in Camera receptam, asserunt, Illam aequitati; hanc juri convenientiorem esse putamus. Multo magis SUB PACTO RETROVENDITIONIS EMTUM, improprum est *Struv. c. 4. apb. 15. n. 23.* an autem reuisione facta pretium ad filios & filias contentendibus *Hartm. Pistor. p. 3. q. 24. Rauchbar. c. 1. q. 37.* an AD solos filios pertineat, volentibus *Carpz. lib. 5. Resp. 31. Fichard. 2. conf. 7. n. 4. 5.* disputatur; nobis placet conciliatio tradita a *Consult. Struv. c. 4. apb. 15. n. 4.*

Th. 16 Huic fere simile est (3) PIGNORATITUM das Pfand-Lehn pro certa pecuniae summa, quam accepisse Dominus confiteretur *Schnob. 2. tb. 28. Rosentb. c. 2. concl. 77.*, reservata reluendi facultate, concessum. In quo foeminis & haeredibus jus retentionis competit, usque dum creditum solvatur *l. 1. pr. l. ii. §. 4. ff. de pignor. Ad. Klock. V. I. Conf. 6. n. 79.* Potest tamen Dominus quolibet tempore, etiamsi per 30, vel 40. annos in investiturae instrumentis nulla reuisionis facta mentio sit *Schultz. in Synops. feud. c. 3. n. 14.* ubi praedictio thesin confirmat *Anton. D. 1. tb. 7. lit. g. Georg. Schultz. d. c. 3. n. 13.* id reluere, *Dd. cit.* Interdum abusive tamen, Pignoratitium vocatur, quod ex consensu Domini, & Agnatorum a Vasallo, nulla accedente investitura, alicui pignori obligatum traditur *Rauchbar. lib. 1. q. 37. n. 9.*

Th. 17.

Th. 17. Uterius Impropria sunt feuda (4) GUARDIAE pro custodia 1. f. 2. (5) GASTALDIAE pro administratione negotiorum domini vasallo concessum, (6) SCUTIFERUM, vulgo *Schild-
Lehn Rudinger. in Lexic. feud. verb. scutifera* Hæc anno finiuntur 1. f. 2. princ. 1. f. 11. adeo ut ne pretium pro illis datum repetatur 1. f. 2. qui annus augeri potest conventione, Statuto vel ultra annum Officiorum duratione, *Rosenb. c. 2. conclus. 70.* (7) HABITATIONIS quando domus in habitatio alicui in feudum datur *Ruding. lib. 1. c. 6. n. 14.* (8) SOLDATAE, si alicui sub titulo feudali de annua præstatione fit provisio *Berens 1. tb. 91.* Illud morte accipientis; Hoc dantis vel accipientis, finitur *Schnobel. 2. tb. 27.*

Th. 18. Huc spectant feudum (8) DE CAMERA, quando Dominus ex ærario alicui quotannis sub conditione fidei, certam pecuniæ summam, largitur vulgo das *Kammer-
Lehn oder Mangeld.* Quid si Camera non sit solvendo? Disting: *Stryk c. 4. q. 58.* an camera demonstrativè, an restrictivè, adjecta: Priori casu aliunde vasallo satisfaciendū, Posteriori tam diu a præstatione dominus liberatur, quā diu Camera eget. (6) DE CAVENA: quando Princeps aliquot modios frumenti, vel amphoras vini, vel aliam añonam è cellario, feudi gratiā, annuatim concedit *Berens d. 1. tb. 88.* notationem vocis cavenæ habet *Stryk. d. c. 9. 60.* Cavenā, sine culpa Domini, egente, tempus felicioris proventus expectandum *Ruding. lib. 1. c. 6. n. 3. Wurmser. lib. 1. Tit. 51. Obs. n. 2. Scultz. c. 3. n. 3 2.*

Th. 19. Reliquæ feudi Impropii species sunt INJURATUM quando fidelitatis juramentum remittitur *Vultej. 1. f. 8. n. 81 per textum expressum 2. f. 3.* quo casu tamen ad omnia quæ in juramento continentur, nihilominus Vasallus obligatur *Schrader. p. 2. C. 2. n. 27.* rationem habet *Schultz. d. c. 3. n. 21.* FRANCUM ein *Frei-
Lehn* quod a servitiis, minimè a fidelitate, immune *Berens d. D. 1b. 75. 76.* Immunitas in instrumento investituræ ex primi debet *Clarus lib. sent. §. feudum. q. 12.* formulam tradit *Schneidew. p. 1. n. 540* und dürfen uns davon keine Dienste leisten, wie dann ihre Eltern davon unsern Vorfahren auch keine Dienste gethan noch geleistet haben. apud quem quoq; vide hujus feudi requisita & effectus. CONDITIONATUM das *Sei Lehn.* quando vasallus ad certa determinataq; officia tantum tenetur 2. f. 51. ibiq; *Glossa Ruding. lib. 1. c. 6. n. 10. Wesenbec. de feud. c. 3. v. g. ut dominum comitetur, mensæ Domi-*

Domini in serviat &c. *Schultz. d. e. n. 25.* quo pertinent CASTRENSIS
ad defensionem castri. AULICUM ad sustinendum certum officium
aulicum v. g. Pincernæ, Thesaurarii &c. das Hofflehn. CANCEL-
LARIATUS ad administranda cancellariæ negotia. *Berens d.*
D. eb. 84. ADVOCATIE ad patrocinandum *Idem eb. 79.* APERTURÆ
ad aperiendam tempore belli arcem das Eröffnung oder
Aufgebungs lehn *Struv. c. 4. aph. 21.*

Th. 20. CENSUALE, quod & Pensionarium vocatur, quando
loco servitorum, census præstatur *Schnobel. d. 2. eb. 24.* LAUDE-
MALE quando præter servitia laudemium vel relevium solvitur
lehn-Wahr/lehn-Geld *Stryk. d. c. 9. 36.* RUSTICUM Thurmlehn oder Håbe
Güter / quando quotannis vasallus modicum præstat; quando vero
moritur, Dominus optimū equum vel bovem accipit *Schnob. d. 1. eb. 31.*

Th. 21. Non hic omittendum MERE HÆREDITARIUM,
ad quoscunq; hæredes transiens, de quo vasallus liberè disponit
2. f. 48. cui opponitur NON HÆREDITARIUM SIVE EX PACTO. &
PROVIDENTIA, in quo jure sanguinis, ex providentia legis feu-
dalis, succeditur *Berens d. 1. eb. 94. Gothofr. Anton. d. D. eb. 8.* quid
de hac distinctione sentiendum, docet *Schultz. d. c. 3. n. 101.* in dubio
pro posteriori est præsumtio *Berens. d. d. eb. 96. Schrader. p. 2. c. 3. n. 31.*

Th. 22. II. divisio feudorum Generalis est, quod feudum aliud
REALE ad hæredes transiens 2. f. 8. aliud PERSONALE ad vitam va-
salli durans 2. f. 33. aliud PERSONALISSIMUM, ex neutra parte ad hæ-
redes transiens, sed morte l. domini l. vasalli, sese finiens *Berens d. d.*

Th. 23. III. generalis divisio, quod aliud sit DIVISIBILE, ali-
ud INDIVISIBILE; illud; non vero hoc; divisione juris & rei feuda-
lis, admittit 2. f. 55. *Vultejus 1. c. 2. n. 7. Rosentb. c. 2. concl. 82.* Hujus ge-
neris esse feuda Regalia, quæ indivisa Primogenito relinquin-
tur; Illius, reliqua omnia, dicunt 1. f. 14. 2. f. 10. hodie autem omnia
esse, exceptâ Electorali dignitate AB. tit. 24. divisibilia volunt
Wesemb. c. 6. n. 14. Tirag. d. Jure primog. q. 4. n. 36. Schurf. Conf. 7.
n. 5. Gail. 2. Obs. 153. &c.

Th. 24. IV. Aliud est IN CURTE, aliud EXTRA CURTEM Illud in
territorio Domini; Hoc extra id Vasallus possidet 1. f. 5. §. fin.
2. f. 51. *Schrader. p. 2. c. 3. n. 107. aliter Carpz. d. 2. eb. 34. 35.*

Th. 25. Feudo opponitur allodium, de quo *Stryk. c. 2.*
q. 5. 6. Bilschium 2. f. 55. &c. in dubio pro allodio præsumendum
Schnob. 1. eb. ult.

16(0)80

DISP. II.

Th. 1.



Omnes, quorum gratia omne jus constitutum l. 2. ff. de stat. hom. jure feudali dividuntur in Dantes & Accipientes, Illi vocantur Domini l. f. 24. 25. Zabel. Exerc. 3. tb. 12. P. Berens D. 2. tb. 1. lit. a. Seniores Zabel. d. l. Antonius D. 2. tb. 1. Lit. B. Patroni, Praepositi, Hottomann. de feud. c. 3. Echms. Herren Grund. Herren Guidote in virid. Jur. feud.

p. 4. q. 11. Hi vocantur vasalli 2. f. 14. cujus vocis originem vide ap. Heigium. p. 1. q. 2. n. 76. Borhole. de feud. c. 2. n. 15. Stryk. C. 6. q. 2. Fideles, Clientuli l. f. 20. milites l. f. 22. Conjuges & amici Domini 2. f. 72. Infeudati, Investiti, Homologi, Exercitati Arithmaus D. 5. tb. ult. Leudes. Struv. c. 2. apb. i. n. 8. German. Echms. Männer! Echms. Sente Schnobel in Synops. feud. tb. 16. hiup. 2. 11. 11. 11.

Th. 2.

Horumq; alii feuda regalia à superiore non recognoscentibus accipiunt & vocantur Capitanei Regni l. f. 1. §. Dux. Marchio 2. f. 10. Alii à Capitaneis & dicuntur Valvasores; Alii ab his feuda obtinent & valvasini audiunt 2. f. 19. Guidote. p. 4. q. 18. 19. 20. Zabel. Ex. 3. tb. 2. lit. c. Stryk. c. 6. q. 3. Esseq. Et si plures unius Domini sunt vasalli, vocantur pares Curiae, Compares l. f. 18. 26. Confortes 2. f. 55. Convassalli Schneidew. de feud. p. 1. n. 22. Rördenorf. de feud. Disp. 2. tb. 32. Pares Domus 2. f. 16.

Th. 3.

Olim quidem feuda dare nemini licuit; nisi cui dignitas, nobilitas vel antiqva consuetudo id tribuebat Consultiss. Radov. in not. ad Schnobel. Disp. feud. 3. tb. 1. Verum hodie omnes, qui nominatim non prohibentur, & liberam rerum suarum habent administrationem, rectè ea conferunt Rosenthal. de feud. c. 30. concl. 2.

Th. 4.

Imbecillitas igitur Sexus nil impedit quominus mulier feuda dare & jurisdictionem in vasallum acquirere possit 2. f. 3. §. feminam Schneidewin de feud. p. 3. n. 72. Schraderus. p. 4. c. 1. n. 59. nisi (1.) luxuriosè vivat, bonaq; sua dissipet Schneidewin d. p. 3. n. 74. aut (2.) statuto alienare prohibeatur. Unde veteri Longobardorum Jure sine Mundualdi, id est curatoris consensu, nil alienare, & per consequens in feudum dare, poterat

B

terat

Respond.

JOHAN
REKEN-
TROG Me-
gapolent.

erat. Zabel. Ex. 3. 1b. 4. Anton. d. D. 2. 1b. 2. lit. b. Idem obtinet
adhuc de Jure Lubecensi. Dr. Mevius ad J. L. lib. 1. tit. 7. art. 1. n. 17.
& Saxonico Carpz. p. 2. c. 15. definit 1. excipe foeminam illustrem
Idem ibid. Defin. 9. Androgynus, quem sexus vel in eo præ-
valens. l. 10. ff. d. L. L. 15. ff. de Testib. vel, si is non appareat, ab iplo
electus, distinguit, idem potest Anton. d. L.

Th. 5. Proprios homines germanicè eigene Leute /
eigen behörige Rec. Imp. de Anno 1442. § 12. S. 11. in hoc Ducatu
vicinisque Provinciis unterthanen Dn. Patruus p. m. Exam. Jur. 2.
9. 76. res suas, excipe den Hoff und die Hoffwebr, a dominis ac-
ceptas, alienare, & consequenter in feudum dare posse, asse-
rimus Berens. D. f. 2. 1b. 19. Consultissimus Mevius in kurzen Beden-
cken über die Fragen vom Zustand etc. der Bauwer. Leute Husanus de
Propriis hominibus nisi provincia us obstat. Husan. c. 6. n. 22.

Th. 6. Liberorum hominum quidem sunt Patres-
familias, quidam filii familias. Illi vel in tutela, vel cura sunt,
vel neutro jure tenentur pr. Inst. de tutel. Posteriores hi jux-
ta regulam in th. 3. traditam, feuda rectè conferunt.

Th. 7. Tutela in jure feudali a civili ferè non discre-
pat. deferitur enim (1.) testamento Zabel. Ex. 3. 1b. 3. lit. c. ex-
cipe Electoralem, quæ est legitima A. B. tit. 7. §. 2. Limn. de Jur.
Publ. lib. 1. c. 11. n. 103. dissentiunt Dionysius Goibospedus & Mar-
quardus Freberus in tract. de tutela Electorali, limitationes vide
ap. Strykium, c. 7. §. 13. § 14. Deficiente testamentaria vocan-
tur, ratione Successionis, proximi agnati, quibus præferuntur,
ratione affectionis, Mater & Avia Aush. matri. & Avia. C. quando
mulieres tut. off. fung. Novell. 118. c. 5. & hoc speciatim in Mega-
poli esse receptum ex Schrædero p. 10. sect. 19. n. 27. & Romano Diss.
de tutel. person. Illust. §. 21. testatur Strykius c. 7. §. 16. Cognati
ad feudalem tutelam non admittuntur; nisi qualitas feudi eos
ad successionem admittat, Rosenthal. c. 12. concl. 10. n. 29. Tandem
Dominus immediatus tutor est, qui solet alios dare, uti Impe-
rator, vel Camera Imperialis Principibus tutores dat Blum. Pro-
cess. Camer. Tit. 42. §. 11. Stryk. cit. loc.

§. 8. Pupilli igitur & Minores, qui propter ætatem
in tutela vel cura usque ad 25. ætatis annu, excipe Electores,
quorum

quorum minorenitas finitur 18. etatis anno. *A.B. tit. 7* sunt, Novum, ne quidem adhibitō tutoris vel curatoris consensu, in feudum dare possunt *l. 1. ff. de Reb. eor. qui sub. tutel. tor. tit. C. d. præd. & aliis reb. min.* Nisi illustri minoris dignitas arg. *l. 12. §. 3. ff. d. admin. & peric. tutor. l. 13. pr. eod. Obrecht. D. f. 3. th. 196. Antonius D. 2. th. 5. lit. a.* vel urgens necessitas, id requirat. *Servu. in Syn. tagm. feud. c. 5. apb. 4.* vel Pater cuidam novum feudum promiserit. *Schnobel. Disp. feud. 3. th. 6.* quibus tamen casibus causæ cognitio & decretum Magistratus exigitur. *Verum* autem & sine tutorum autoritate renovant *2. f. 3. Paul. Berens Disp. feud. 2. th. 20.* Consultius tamen & tutius, consensu eorum adhibito, agunt. *Zabel. Ex. 3. th. 3. lit. c.* Tutorem quoque antiquum, non vero novum, dare posse asserimus *Giphanus disp. feud. 3. th. 19.* Idem dicimus de Procuratore *Schnobel. D. 3. th. 5.* nisi specialiter ad feudi dationem sit instructus, aut ejus factum sequatur domini rati habitio *2. f. 3. §. 1. Schrader. p. 1. c. 1. n. 69.*

Th. 9. Ulterius propter animi morbum in cura sunt furiosus & mente captus, rabie distincti *Dn. Patruus p. m. in Exam. Jur. 4. q. 85.* qui feuda dare & renovare præpediuntur *Zabel. d. l. lit. d. Anton. Disp. 2. th. 5. lit. b.* nisi tempore dilucidi intervalli *Anton. d. l.* de quo si dubitatur, ex actus qualitate judici- um ferendum erit *Mynsing. cent. 2. obs. 41. Menoch. de Arb. Jud. Quæst. lib. 2. cas. 325.*

Th. 10. Prohibentur quoque ab his multum non differentes: Ebrius voluntariè insaniens *C. venter. dist. 35. Coler. de process. Execut. lib. 1. c. 8. n. 83.* & Prodigus *l. 1. in fin. ff. de tut. & Curat. dat. cui bonorum administratio interdicta l. 10. pr. ff. d. Curat. furios. ante interdictum vero Georg. Schultz. Synops. Jur. feud. c. 4. n. 32.* & postquam id annullatum *Waltherus lib. 1. Miscell. 38.* ea rectè conferunt.

11. Propter morbum corporis surdus & mutus conjunctim tales feuda dare nequeunt *Geddeau D. f. 4. th. 2. lit. e.* Aliud tamen dicendum si casu hoc obtigerit, vel vitia discreta sint *Carppov. D. f. 3. th. 25. Servu. c. 5. apb. 4.* Cæcus, modo rerum momentariè percipit, non impeditur *Schnobel. D. 3. th. 8.*

Th. 12. Qui neutro jure tenentur hodie, ratione juris dictionis

B 2

actionis, sunt vel Ecclesiastici vel Seculares *Zabel. Exerc. feud. 3. 1b. 5. lit. A.* Illorum caput est Pontifex Romanus, cuius vocabuli Etymon tradit *Anton. D. 2. 1b. 3. & Zabel. d. l.* ubi mentita nomina, potestatemq; Papæ proponit. Huic Pontificiorum non nulli omnium Ecclesiasticarum rerum infeudationem tribuunt *Barbof. in c. 20. g. 2. c. 12.* obstantibus recte aliis *Gedden. Disp. 4. 1b. 4.* Res immediatè sibi subjectas, solus confert; Quæ si majoris valoris sunt, consensum Cardinalium, de quorum origine & jure videntur *Gastelinus de statu publ. Europa c. 12. Guiberleth. in Chron. sub Frederico I. & II.* adhibet; Regna quoq; nonnulla & Ducatus confert, minimè tamen Imperium Romanum *Schnobel. D. f. 3. 1b. 10. Johannes Wurmser. Exerc. Jur. Publ. 1. 1b. 13.* cuius ipse potius vasallus dici posset *P. Berens D. f. 2. 1b. 5.*

Th. 13. Pontificem proxime sequuntur quatuor Patriarchæ, Archiepiscopi, Magister ordinis Teutonici, Abbates, Abbatissæ, reliquiq; Clericorum Præsides, de quibus multa collegit *Gastelinus de statu Publ. Europ. c. 11. 13. 14. 15.* Hi generali Prælatorum nomine veniunt *Reinking. de R. S. & E. 3. 2. 3. n. 29.* & bona propria, quorum respectu Laicorum instar sunt, jureq; communi utuntur *l. 3. C. de Episc. & Cler. Schrader. p. 4. c. 2. n. 1.* libere infeudant, nisi ad Ecclesiam de voluta sunt *Auth. ingressi C. de SS. Eccles. Siruv. c. 5. apb. 3. n. 2.* Ecclesiastica autem bona distinguenda: an infeudari solita, vel non; si etiam absq; consensu Capituli, tam peregrinis, quàm consanguineis *arg. c. 2. X. de feud. conferuntur,* modo fraus absit *c. 19. g. 2. caus. 12. & eiusdem,* quibus olim, conditionibus dentur *Guidottus p. 4. g. 9. per. c. 2. d. feudis. Schneidew. de feud. p. 3. n. 33.* aut ipsa Ecclesia de pauperata non sit, quo casu Prælarus ea de mensa Ecclesiæ facere potest *Stryk. c. 5. g. 5.* Hæc v. non, nisi, svadente necessitatis aut magnæ utilitatis causa, præviâ causæ cognitione, & accedente totius Capituli consensu, nonnunquam Pontificis *c. 1. & l. X. de Reb. Eccles. non alien. in feuda dantur* nec obstat *1. feud. 6.* per titulos enim ibi prædia speciatim clericis ad sustentationem destinata, intelliguntur *vid. Prælaud. Stryk. c. 5. g. 5. Zafiq. p. 5. n. 5. Schraderus p. 4. c. 2. n. 24.*

Th. 14. Jus Archiepiscopum vel Episcopum eligendi in Germania competit Vacanti Capitulo, Confirmandi Pontifici, confirmato

confirmato Regalia conferendi, Imperatori *Rumelin. dissertat. ad Aur. Bull. 7. 1b. 11.* Quam confirmationem Episcopi Augustanæ confessionis a Papa non petunt; sed, factâ à Capitulo electione & Postulatione, ab Imperatore investiuntur, postquam intra annum electionis s. postulationis fidem fecerint & juramenta, Regalibus consveta feudis, præstiterint *Instr. Pac. Cas. Svec. art. 5. §. 4. 5. 6. conferatur Struv. c. 5. apb. 8. Friedlieb. in Tract. Synopt. de feud. c. 4. n. 9.*

Th. 15. Maximus secularium est Imperator, qui Princeps 2. f. 10. Rex 1. f. 1. vocatur, cui omnes Principes Christiani cedunt *Bodin. de Republ. lib. 1. c. 9.* qui solus alios diademate Regali decorare valet *Simole. in Coll. Publ. D. 3. 1b. 21. lit. f. Gafil. d. 1. c. 5. n. 10. &c.* Hic sine dubio in bonis propriis liberè feuda constituit; non in alienis, & ne quidem ex causa publicæ utilitatis, nisi refuso pretiò, *Schnobel. D. 3. 1b. 14. Gail. 2. Obs. 96. 57. 58. Myring. cent. 5. Obs. 97.* nec in bonis à Principibus in feudari totius *God. deus D. 4. 1b. 4.* hinc nec naturalem filium, in præjudicium agnatorum, legitimare potest *Hartm. Pistor. lib. 2. q. 40. n. 24. Niell. D. 2. 1b. 3. lit. c.* Quid de bonis Imperii dicendum? Ante Carolum V. indistinctè ea conferebat; Sed hodie feuda Majoris momenti, ut Ducatus, Comitatus &c. ad Imperium reversa, non nisi ex consensu Electorum, *Capit. Caroli V. art. 24. Capit. Leopoldi art. 30.* De Electoratu vacante videatur *Struv. c. 5. apb. 6. n. 1. Car. prov. ad L. Reg. c. 7. §. 3. n. 18.* In Minoribus libera adhuc Imperatori potestas est *Stryk. c. 5. q. 10.* & quoq; ante Coronationem *Arithm. d. 5. 1b. 6.* Quid si duo, a dissidentibus Electoribus simul electi, feudum unum diversis concedant? Illius concessio, cuius electio fuit confirmata, manet rata, alterius vero annullatur, nisi ab utroq; de uno feudo quis fuerit investitus *Arithm. d. 100. in fin.*

Th. 16. Ab Imperatore differt Rex Romanorum *Gafil. d. 1. cap. 6. n. 10.* qui olim vocabatur Cæsar. *Borcholt. de feud. cap. 5. n. 26. l. 7. C. de Malefic. & Mar. b. mar.* & ab ipso Augusto ad regendam aliquam Provinciam cum titulo Cæsaris & spe successionis, eligebatur; Hodie ab Electoribus, ut, absente vel impedito Imperatore, jura Majestatis exerceat, mortuoq; eo sine ulteriore succedat electione *Aurca Bulla lit. 5. R. 7. de Anno 1555. in pr. & 8. und im*

Ball da die Käyser. Hic de feudis, regalem dignitatem antea habentibus, infeudat *A.B.d.e. Reinking. de R. S. Eccles. lib. 1. c. 3. c. 3. n. 49.* ac proinde non minore, quam Imperator, infeudandi potestate gaudet *Curcius p. 2. de feud. Laicor. memb. 2. q. 2. n. 7. Ord. Camer. 117. p. 2.* Excipe bona Imperii Patrimonialia ad mensam Imperatoris deputata *Thomas Mich. de Jur. d. Concl. 29.*

Th. 17. Rex Gallia, (qui omnibus & Regi Romanorum praecedentia controversiam movet *Limn. Notit. Regn. Franc. lib. 2. c. 6. lit. bbb. an jure? vide argumenta pro Rege Romanorum ap. Crusium de precedent. lib. 3. c. 3. pro Rege Francia apud Chafsanum in Catal. glor. mund. p. 5. consider. 30.*) aliiq; Reges & Respublicae superiores non recognoscunt, vi absolutae potestatis, infeudandi jure gaudent *Schnobel. D. 3. sb. 17. Johann. Rördenf. D. 2. feud. sb. 18.*

Th. 18. Sequuntur in Imperio Capitanei seu Proceres Imperii, ut Electores, ab eligendo Imperatorem dicti, de quorum origine, Jure & praesistentia vid. *Struvius Syn. Jur. feud. c. 3. aph. 4. Carpzov. ad Aur. Bull. ad tit. 3. § 6. q. 3.* per Instrumentum Pacis accessit octavus, qui tamen deficiente linea Bavarica, extinguitur *Instr. Pach. Caesar. Gall. art. 4.* Archiduces, Duces, Principes, Marchiones, Landgravii, Comites, Barones, quorum originem jura & Privilegia tradunt *Gassel. d. cr. c. 10. § 199. Anon. D. feud. 2. sb. 4. Hermes in Fasciculo Jur. Publ. c. 28. Cluven in Sylloge rer. quod. concl. 26. Stryk. c. 5. § 13. usq; ad 20.* His postquam Provinciae, & territoria, quibus praesunt, in feudum concessa, rursus quaedam praedia aliis in feudum dedere, & adhuc, si feuda ipsis aperiantur, liberè ista aliis conferunt. *Struv. Ex. feud. §. sb. 10.* Nobiles allodialia quoque aliis rectè in feudum dant *Schraderus p. 4. c. 1. n. 4. Schnobel. Diss. feud. 3. sb. 17.* nec non Plebei, modò contraria consuetudine nò impediuntur *Idè d. Diss. 3. sb. 19.*

Th. 19. Alieni Juris est filius - familias qui de peculio castrensi & quasi castrensi, ubi pro Patre - familias habetur *l. 2. ff. ad Sc. Maced. l. 6. C. de bon. q. liber.* & de adventitio irregulari, ob liberam inter vivos filii administrationem & cessans paternum praesudicium, feuda largitur *Struv. Ex. §. sb. 5.* Tantum de Danibus; sequuntur Accipientes.

Th. 20.

Th. 20. Omnes autem, qui non prohibentur, feuda accipere possunt, vel per se, vel per alios 2. f. 3. adeo ut foemina non excludatur 2. f. 17. § 30. 50. Borcholt. cap. 5. n. 4. 4. Vultej. cap. 4. n. 15. qvavis in feudo proprio non succedat. f. 24. nec Hermaphroditus, surdus, mutus, coecus, claudus, vel aliter imperfectus, modo illorum qualitatem Dominus non ignoret Rosenh. l. c. 3. consl. 8. Schneidewin. p. 3. n. 107. Borcholt. cap. 5. num. 50. Schraderus p. 7. c. 5. n. 18. Vultej. c. 4. n. 11. quid si concessio feudo ex integris tales facti? vid. Schnobel. Disp. 3. 1b. 23. Sonsbec. p. 1. n. 132. 1. f. 6. §. Mutus.

Th. 21. Furiosi & mente capti, si dominus sciverit illos furore & dementia rapti, quo casu inhabilitatem Juris suo consensu aptam reddere voluit, ut per substitutum serviatut Knichen. de pact. investit. p. 1. c. 3. n. 280. Stryk. c. 6. q. 21. ut & infantis nomine tutores feuda accipiunt arg. l. 18. §. 2. C. de Jure delibe- rand. l. 7. §. 3. § 7. ff. de Curat. furios. Schnobel. Disp. 3. 1b. 22. Impubes autem, infante tamen major, sine tutoris autoritate quidem sibi feudum acquirit, sed ad servitia non obligatur, quia sibi obligare alios, se vero nulli sine tutoris approbatione potest Stryk. c. 5. aph. 13. n. 1. princ. Inst. de Auth. tutor. Juramentum hoc casu in tempus pubertatis differtur 2. f. 26. Antonius Disp. 2. 1b. 6. lit. b. in praxi saepius ad majorem nitatem usq; Dn. Stryk. c. 6. q. 14. in fin.

Th. 22. Servus Alienus, non quia talis, quia sic pro nullo habetur l. 32. ff. de Reg. Jur. & militiae incapax l. 1. ff. de Re milit. sed ex persona domini, quatenus ille feudi capax Dn. Stryk. d. c. 6. q. 16. Carpov. D. f. 3. 1b. 38. § 39. modo dans noverit illum esse servum P. Berens D. 2. 1b. 27. per 2. f. 3. §. 2. Proprius ex propria persona, propter tacitam libertatis concessionem, ut si a Domino investiat, feuda accipiunt, Stryk. d. l. Schneidew. p. 3. n. 68.

Th. 23. Clericus jure canonico quidem prohibetur se secularibus negotiis immiscere t. t. X. ne cleric. vel Monachus sec. se negot. immisc. Potest tamen eodem jure feuda accipere c. extran- missa X. d. foro compei. cui non repugnat Jus nostrum feudale 2. f. 40. §. fin. quo casu dominus Juri suo renunciasset & substitutum ad praestationem servitiorum admisisse praesumitur Stryk. c. 5. aph. 12. Luthvel. p. 114. Clericus quoque accipiendo feudum se politico atq; seculari Judici subijcit, neq; exceptionem fori declinatoriam opo-
pone-

ponere potest c. ceterum X. de Jud. Gail. Lib. 1. Obs. 10. n. 3. Mynsing.
cens. 1. Obs. 22. Acceptum in statu seculari, per habitus clericalis
assumptionem, amittit 2. f. 21. § 26. §. qui clericus 2. f. 30. §. ex hoc 2. f. 36.
& in feudo paterno non succedit 2. f. 30. 2. f. 36. Monachus et si feu-
dam dare nequeat, accipere tamen id potest, sed il-
lud cedit Monasterio, dummodo hoc feudi capax sit. in praesentia
8. X. de probat. arg. aut. ingressi C. de SS. Eccl. Sebrader. p. 4. c. 3.
n. 7. Gudelin. de feud. p. 2. c. 2. n. 7. Moribus & statutis locorum
passim interdictum est, ne immobilia & consequenter feuda in
Collegia clericorum, quae manus mortuae dicuntur, Schnobel,
Disp. feud. 3. th. 25. transferantur Petr. Beckius de Amortizatione
bonorum, Gail. 2. Obs. 32. n. 5. § 7.

Th. 24. Filius familias sine dubio feudum acquirere
potest; an autem accepti ab alio feudi, quod jure peculii adventi-
tium censetur, Patri quaeratur fructus, an filio? maxime controversa
quaestio est; Placet tamen sententia eorum qui usum fructum
filio tribuunt Gail. Disp. feud. 4. th. 7. Vulsoj. de feud. lib. 1. c. 4. n. 8
Fachin. 7. controu. 77. Rorendorf. Disp. feud. 2. th. 26.

Th. 25. Rusticus feudi quoque capax est Carpov. p. 3. c.
28. d. 5. Vasallus tamen cum subinfeudare, nesciente Domino,
non potest, ne illi deterior Vasallum substituatur Dn. Stryk. c. 6. q. 19.

Th. 26. In accipiendo feudo nihil refert: an par a pa-
ri, inferior a superiore, vel superior ab inferiore, Laicus a Clerico,
an vero Clericus a Laico, id accipiat Vulsoj. lib. 1. de feud. c. 4. n. 9. Ob-
recht. Disp. 6. th. 31. qui libet enim, qui expressè non prohibetur, se
jurisd. alterius subicere potest arg. 41. ff. d. Jurisd. Stryk. d. c. 6. q. 2.

Th. 27. Prohibentur autem planè Hæretici, quibus nihil
cum coeteris civibus commune L. 4. C. de hæretic. Vulsoj. d. feud. lib.
1. c. 4. n. 10. Ex communicati, ex communicatione majore Vulsoj.
d. l. (Quos tamen paternum feudum per procuratorem reco-
gnoscere non prohiberi ait Rosench. c. 3. concl. 23.) Deportati, idem
ibid. Banniti, Gadd. de contrab. stipulat. c. 7. concl. 4. Gail. de pace publ.
lib. 2. c. 2. Publico Judicio damnati Rosench. d. c. concl. 19. per l. 9. C. de
bonis praescript. omnes infames, si feudum sit dignitatis Dn. Stryk.
Th. 6. INDIRECTO Vasallus feloniam committit vel ratione PERSONARUM, vel RERUM: PRIORI MODO, si Dominum cucurbitat, i. e. cum uxore Domini, vel turpiter ludit, vel adulterium tentat, vel perpetratur. 1. f. 5. *Bischoffius ibid. p. m. 88.* quò spectat libidiosa osculatio. *Stryk. d. c. 23. quæst. 15.* libidinosum autem in dubio præsumitur osculum *Idem ibid.* nisi consuetudo loci contrarium præbet *Zabel. Ex. 8. tb. 6. lit. b. Somsbec. P. 12. n. 26.* à quâ præsumptione non excusantur Clerici, quasi hi benedictionis causa oscularentur. *Stryck. d. l. qui allegavit Romani dissertationem de Osculo §. 27. Zabel. d. Ex. 8. tb. 6. lit. b. in fin.* nec excusat Vasallum uxoris consensus. *Stryk. d. c. quæst. 12.* modò (1) sciat eam Domini esse uxorem. *Stryk. quæst. 13.* & (2) Dominus non consentiat. *Zabel. d. Ex. tb. 6. lit. a.* aut (3) poenitentia ductus non abstineat. *Anton. d. Disp. II. Th. 5. lit. h. ubi eleganter distinguit.* Thesis quoque affirmamus de Vasallo literis amatoriis, munusculorù allecamentis, aliisve strophis pudicitia dominæ attentante. *Anton. d. l. Georg. Schultze. in Synops. feud. c. 11. n. 29.* Consilium etiam Dominæ datum, ut corpus suum alteri prostituat, consultori pessimum est, præprimis si eam ad adulterandam alteri tradiderit, aut tradere conatus fuerit. *Zabel. d. l.*

Th. 7. Quod de uxore diximus, idem dicendum de Domini sponsâ. *Vultej. l. 1. c. 11. n. 31. Schrader. P. 9. c. 2. n. 12.* filiâ, nepote ex filio 1. f. 5. §. *item si fidelis.* nuru, sororeque Domini, quæ in capillo est d. 1. f. 5. §. *item* 2. f. 24. §. 2. *verb. Rursus.* Et quantumvis hæc foemina liben

libentes & volentes vasallum admiserint, privationis tamen pœnam non effugiet *Zabel. d. l. lit. c.*

Th. 8. Viduam Domini stuprans amissionis pœnam non incurrit *1. f. 21. §. si quis. Nisi (1) fiat intra luctus tempora arg. L. 11. §. 1. ff. de hie q. not. inf. Nov. 39. c. 2. post. pr. Rosenthal. c. 10. concl. 27. n. 51. aut (2.) presentis Domini mater sit. Schrader. p. 9. c. 2. n. 6. Idem, quod de vidua diximus, affirmamus de concubinâ & uxoris pedissequâ. Schnob. Disp. 10. Th. 15. nisi per hanc insigni injuriâ uxor Domini afficiatur *Carpx. d. Disp. 9. Th. 21. per. §. 3. J. de injuriis L. 15. §. 35. ff. eodem.**

Th. 9. Præterea offensio personis Domino conjunctis illata, v. g. si castrum vel locum, in quo pater, uxor, vel filius Domini est, affiliat, de quâ voce videatur *Bitschius 1. f. 5. p. 90. amissionis pœnam meretur Schnobel. Disp. 10. Th. 17. Schrader. p. 9. c. 3. n. 8. Nuda tamen affiliendi voluntas non sufficit, sed necesse est, ut ad insidias usq; processerit vasallus. Schrader. p. 9. c. 3. n. 10.*

Th. 10. POSTERIORI MODO iterum vel OB ALIENATIONEM, vel DETERIORATIONEM feudum amittitur. ALIENATIO, cujus nomine venit omnis actus, quod feudum vel in alium transfertur, vel alteri jus aliquod in re constituitur *2. f. 55. §. 1. Schnobel Disp. 9. th. 2. invitò Dominò prohibita Constitutionibus Lotharii III. 2. f. 52 & Friderici I. 2. f. 55.*

Th. 11. Hoc adeò verum est ut, etiam si alienatio in filiam facta nisi Dominus consentiat aut ratihabeat, id amittat *1. f. 8. 2. f. 39. nec prodest alienanti clausula, salvo consensu Domini, adhibita, Rudinger. l. 2. contrv. c. 54. modò rem ipsam tradiderit, vel in potentio rem transtulerit Struv. Ex. 13. Th. 12. nec illum à caducitatis pœnâ liberat necessitas famis aut æris alieni. Schnobel. Disp. 9. th. 10. nec quod alienatum feudum statim receperit 2. f. 44. Guidotti. P. 12. quest. 13. ita tamen ut totum si alienatum, totum quoq; ve perdat, si pars partem tantum. 2. f. 38.*

Th. 12. Liberat tamen Vasallum à caducitatis pœnâ (1) Domini consensus utriusque sumptibus communiter hodie petendus. *Radov: ad Schnobel: Disp. 9. th. 17. nec interest, utrum præcedat, an subsequatur, modò sit expressus 2. f. 55. Schnobel: d. Disp. 9. th. 17. (2.) Clausula pro se & quibus dederit instrumento investituræ inserta 2. f. 48. (3.) Consuetudo loci. Anton. d. Disp. 11. th. 6. lit. b.*

F 2

(4) error,

(4) error, si putat rem allodiam esse 2. f. 42. l. 9. pr. §. de Jur. & fact. 2. Gail. l. 2. Observ. 48. n. 9. & seqq. quò casu præstitò juramento & reditò emptori pretiò, feudum recipit 2. f. 26. §. Vasallus & 42. (5) Qualitas rei, si feudum est hereditarium. 2. f. 48. (6) Qualitas personæ in quam alienatio fit. v. g. si proximus agnatus & omnino successurus sit. *Sonsbec. p. 12. n. 94.* (7) Defectus traditionis arg. *L. traditio nibus. 29. C. d. pactis.* (8) Subinfeudatio Germ. die *Vorafferehnung Kobl. in Traht. de subinfeud.* Sub infeudare potest autem Vasallus etiam absq; consensu Domini. 2. f. 9. in pr. §. 34 §. similiter.

Th. 13. Effectus prohibitæ alienationis inter alios sunt (1) quod alienans de evictione accipienti, scientiamque rei alienæ habenti, non teneatur. 2. f. 8. in pr. (2) quod emtor talis pretium pro feudo datum amittat 2. f. 52. in pr. *ferè in fin. 2. f. 55.* (3) Notarius, sciens alienationis instrumentum faciens, ab officio cum infamiâ removeatur & gravi insuper pœnâ afficiatur. 2. f. 55. in fin. Præterea (4) revocetur feudum ab agnatis ex consensu Domini, vel vi devolutæ successione, vel jure retractus. *Friedlib. c. 9. n. 9.*

Th. 14. DETERIORANDO feudum amittitur, v. gr. quando Vasallus subditos malè tractat, vel corporaliter lædendo, in debitis oneribus premdo, vel pecunias ab iis injustè extorqendo *Mynsing. cent. 5. O. 8. Georg. Schultz. c. 11. n. 42.* quò casu non tantum privatur feudo, sed & ad interesse tenetur *Carpz. p. 3. Const. 31. Def. 8.* Interesse hoc arbitrio judicis æstimandum. *Stryk. d. c. 23. quæst. 25.* Partem solum deteriorem reddens, parte quoque saltem privatur. *Schrader. p. 9. c. 6. n. 70. Struv. c. 15. eb. 5.* Requiritur autem (1) ut privationis pœna locum habeat notabilis & insignis deterioratio 2. f. 23. (2) ut ea dolosa vel culposa sit *Struv. alleg. 1.*

Th. 15. Ratione EXTRANEI culpam committit Vasallus (a) quando fratrem suum, aut filium fratris, v. grat. ut hereditatem illius consequatur, occiderit 2. f. 24. *ferè in fin. 37. Bisch. not. 3.* non tamen si fratrem Domini d. 2. f. 37. in pr. vel (b) hominem prodiderit, d. text. quia proditor fidei, à quâ feudum dicitur, prorsus caret, *Friedlieb. d. c. 11. n. 16.* (c) aut criminis læsæ Majestatis reus factus sit *id. ibid. n. 17. 2. f. 56. Guidott. p. 13. q. 15.* nam illius criminis gravissimæ sunt pœnæ §. 3. 7. de publ. judic. L. 5. C. ad L. Jul. Maj. A. B. Carl. IV. tit. 24. idem de violatoribus pacis publicæ expressè sancitum Constitutionibus Imperatorum Maximiliani I. & Caroli V. *Videatur*

der

der Landfriede zu Wormbs de Ao. 1495 zu Augsburg Ao. 1548. *sub rite.*
die p^{an} der Friedbrecher. *Georg. Schulz. d. c. II. n. 40.* ubi num. seqq.
examinat, an ob incestum feudum quoq; amittatur?

§. 16. Hactenus egimus de culpa COMMISSIONIS, sequitur
OMISSIONIS respiciens vel VITAM & INCOLUMITATEM DOMINI, vel
RES ET JURA EJUS *Schulz. c. II. n. 43.* ILLAM neglexisse censetur va-
fallus(a) quando sciens grandem jacturam domino imminentem
avertere non studet, ultrò, cum possit, ad occurrendum isti pe-
riculo se non offert, aut dominum quam citiùs non reddit cer-
tiorum 2. f. 24. *vers. prater ea. 2. f. 39. in fin. 2. f. 7. Bitsch. ad 2. f. 24. Schulz*
c. II. n. 43. (b) si carcere inclusum vel ab hostibus captum non, cum
possit, liberat 2. f. 24. *§. item si delator 2. f. 39. §. ult.* cogitur igitur vasa-
llus lytrum pro captivo, si aliter eum liberare nequit, solvere, mul-
tòq; magis ex ea causa pro Domino fidem interponere *Bitsch. d.*
§. item si delator Schulz. d. l. (c) aut dominum in acie deserit 1. f. 5.
in princ. 21. 2. f. 24. *§. item qui dominum, Sonsbec. p. 12. v. 10.* nec distin-
guimus hic inter campestre, & navale prælium *Bitsch. ad 1. f. 5.* nec
an domino desertio nocuerit, an non 1. 3. *§. vix bello ff. de re milit.*
Schraderus p. 6. c. 6. n. 74. an à fratre deserentis, commune feudum
tenentè, dominus defensus sit, an non *Rosentb. c. 10. concl. 16. n. 5. Vult.*
1. f. 11. vers. neque excusandi an fugitivus pœnitentiã ductus reversus
fuerit, an non *Schneidev. p. 8. c. 1. n. 20.* Excipe tamen (1) si dominus
jam tempore fugæ vel occisus, vel saltem lethaliter vulneratus
fuerit, 1. f. 5, lethalitas tunc arbitrio Judicis, adhiberò Medicorum
consiliò, definienda *Zabel. d. Ex. 4. 1b. 4. lit. d.* (2) quando vassallus
per errorem putans dominum mortuum vel mortiferè vulnera-
tum dimittit, modò ex verisimilibus conjecturis erraverit *Schulz*
c. II. n. 46 vers. quod si. Sonsbec. p. 12. n. 13. (3) nec domino notoriè in
justam Guerram moventi vassallus opem ferre tenetur 2. f. 28. adde
2. f. 7. excusaturq; (5) quando propter membra rupta succurrere,
Friedlieb. c. II. n. 20. aut (6) sine manifesto vitæ discrimine auxilia-
trices manus ferre nequit *Arum. D. f. 8. Th. 2.*

Th. 17. Hæc violasse judicatur (a) intra le-
gitimum tempus, sine justâ excusationis causâ, investituram non
petendo 2. f. 24. 40. 55. *Disp. antec. 1b. II.* (b) Servitia debita, quan-
do requiruntur; non præstando 1. f. 21. 2. f. 24. *§. sed non est. 2. f. 28. vers.*
ad bar. Rosentbal. c. 8. concl. 26. quò pertinet si censum, à censuali feu-
do cum

do, cum servitorum vices sustinet, solvere recusat *Struv. Ex 15. tb. 9. (c)* Justitiam Domino denegando *Guidott. p. 12. q. 6.* nimirum si feudi nomine ter in jus vocatus à Domino venire superfedeat, 2. f. 22 aut filium in domo degentem, vel domesticum, dominum graviter offendentem, requisitus ad satis faciendum non sistat 2. f. 55. §. *in super. Bit/sch. ibid.*

Th 18. CITRA CULPAM feudum amittitur & finitur absque CONVENTIONE, vel CONVENTIONE, eaque EXPRESSA, vel TACITA. Absq; CONVENTIONE vel FACTO VASALLI INTERVENIENTE, vel ABSQUE FACTO, HOC MODO (a) REI INTERITU, utpote si terræ motu perierit *L. 15. §. 1. in fin. ff. Locati. Stryk. c. 22. q. 3.* & quidem si totum feudum interit, totum quoque finitur, si pars, pars quoque saltem *Schnobel. Disp. 10. tb. 2.* ubi tamen notandum quod, dirutò feudali ædificio, feudum in areâ remaneat. *Stryk. d. c. q. 4.* Non porro ob interitum partis, quamvis feudum non extingvatur, servitia tamen moderanda & ex parte remittenda esse *Niellius Disp. 8. tb. 1. lit. a.*

Th. 19. (b) MORTE IPSIUS VASALLI nullis relictis successoribus *1. f. 5. vers. Rursus (c)* occupatione hostium, quo casu tamen si postliminio reversum & receptū Vasallo restitui debet *Niell. Disp. 8. tb. lit. a. v. Quod postremum. Zabel. Ex. feud. 8. tb. 3. lit. a. vers. Quod se.*

Th. 20. FACTO INTERVENIENTE finitur (a) REFUTATIONE, quæ est renunciatio s. cessio alteri facta, *Schnobel. Disp. 8. tb. 23.* Estque duplex vel PROPRIA vel IMPROPRIA. ILLA fit Domino. 2. f. 14. 2. f. 38. *in fin. Carpz. Disp. 7. tb. 37.* HÆC descendentibus atq; agnatis proximis. *Id. ibid.* et quidem invitò Dominò 2. f. 14. 38. modò fiat tempestivè *Struv. c. 12. aph 14. Carpz. d. Disp. tb. 35. Stryk. c. 19. q. 20.* An extraneo quoq;? non nisi consentientibus Domino & agnatis; *Struv. d. l. (b)* CONSOLIDATIONE quæ fit per præscriptionem de quâ *vid. Disp. anteced. tb. 36. §. 37.* (c) MUTATIONE PERSONÆ QUALITATIS quando Vasallus fit Clericus 2. f. 21. 26. §. *qui Clericus 30. 36. 109. Disp. nostra 2. tb. 23.* quem tamen modum hodiè non obtinere docet *Struv. c. 9. tb. 9. in med.* Nec in Saxonia excluduntur, modò non fiant Monachi *Stryk. c. 15. q. 23.*

Th. 21. CONVENTIONE finitur EXPRESSA ut (a) si inter Dominum atq; vasallum placuit, obligationē feudalem ad certum tempus saltem durare, quò finitò, feudum quoque finitur *Stryk. c. 22. q. 9.* vel (b) quando Dominus jus suum in Vasallum transfert, adeò ut ipsium

ut ipsum amplius Dominum agnoscere necesse non habeat *Resemb. c. 9. concl. 52.* nisi Vasalli plurimum intersit ut Dominum habeat *Vult. 1. f. 10. n. 76.*

Th. 22. TACITÀ finitur si feudum determinatum Legibus habet tempus *v. gr.* Feudum Guardia, Gastaldia, Advocatia, Cancellaria, Soldata, habitationis: hisce enim omnibus tacita conventio inest; ut post annum, aut aliud determinatum tempus auferantur *1. f. 2. 11. Schrader. p. 2. c. 4. n. 25. Disp. nostra. 1. Tb. 17. Sc.*

Th. 23. Hic non prætereundum (a) privationem ob culpam præcedere causæ cognitionem *1. f. 11. ibid. Birsob.* scilicet an justam se excusandi causam habeat Vasallus, (b) Finitam cognitionem excipere sententiam condemnatoriam, quam non declaratoriam, sed privatoriam putamus *Struv. c. 15. aph. 11. Stryk. c. 23. q. 44.* exceptò unicò casu, nimirum quando vasallus fundum sine consensu alienavit *Friedl. c. 11. n. 25. inf.* (c) privationem aliquando cessare, quando dominus in se commissam culpam, vel expressè *2. f. 31. vers. nisi,* vel tacitè remittit, utrumque ipsi indistinctè permissum, in Extraneum autem si peccatum; distinguendum: an privatoria sententia jam lata, an non; hòc, non illò, casu invitis agnatis domino permissa remissio est. *Struv. c. 15. tb. 12.* Remissa quoque censetur culpa, quando Dominus, ante quam de feloniam questus est, moritur *idem ibid.*

Th. 24. Restat ut paucis attingamus quoque; quibus feuda amissa applicentur, circa quod distinguendum an CULPA, an SINE CULPA feudum amissum, PRIORI casu iterum inter CULPAM IN DOMINUM, & in EXTRANEUM commissam subdistinguendum est: Si IN DOMINUM, ad eundem quoque devolvitur, sive novum fuerit, sive antiquum *Schnobel. Disp. 10. tb. 31.* ita tamen, ut hoc Domini ratione descendentium causam a patre habentium *2. f. 31.* sit irrevocabile *2. f. 24. §. fin. 2. f. 26. §. si Vasallus Culpam* ratione agnatorum autem, causam à primo acquirente, qui non deliquit, habentiū æquitatis ductu aliud dicendum: nam post mortem vasalli, ejusque descendentium, admittendi sunt *2. f. 40. §. ult. 2. f. 78.* Ratio rationis quia factum possessoris agnatis non præjudicat *1. f. 8. §. e contrario. 2. f. 39. §. 45. Carpe. p. 3. C. 27. def. 7.* & qui caruit culpâ, careat quoque pœnâ: delicta enim suos teneant auctores *per vulgar. vid. Stryk. c. 23. §. 8.* Si in EXTRANEUM agnatis feudum defertur *Struv. c. 15. aph. 15.*

Th 25

Th. 25. SINE CULPA amissum feudum, novum cuius vitium insanabile est, redit ad Dominum si vasallus liberos non habet. quos si habet, hi præferuntur Domino. *Sonsbec. p. 13, n. 99.* paternum cuius vitium itidem insanabile ad filios vel agnatos pertinet. *Sonsbec. d. l. n. 200. Gyphan. Diss. 9. ad Th. 7. in fin.* idem dicimus, si propter religionis habitum feudum amissum. *Sonsbec. d. l. n. ult.* Omne autem feudum ob defectum heredis vel successoris apertum in commissum cadit. *Gyphan. d. l. Mynsing. Cent. 5. Observ. 72.*

Th. 26. Delatò ad dominum vel agnatos feudò de fructibus & impensis sapius moventur quæstiones. Circa fructus distinguendum, utrum absq; culpâ, an per culpam feudum sit amissum. *Schnobel. Diss. 10. Th. 32.* Priori calu separati pertinent ad heredes allodiales. *Schultz. c. 8. n. 272. Curt. jun. de feud. p. 2. partis 3. pr. n. 47. Struv. c. 15. apb. 16.* pendentes distinctionem admittunt, quæ habetur 2. f. 28. adeò ut si Vasallus ante Kalendas Martii, vel post Augustum decesserit fructus ad novum feudi possessorem; defuncto autem Vasallo post Kalendas Martii usq; ad Augustum, sive intra Kalendas Martii & Kalendas Septembris ad heredes Vasalli pertineant 2. f. 28. *S. his consequenter. Struv. d. l. ubi excipit fructus ex vindemia n. 4. Schultz. d. l. n. 276.*

Th. 27. Propter culpam feudo privatus fructus omnes post culpam perceptos restituit *L. 48. ff. de acquir. rerum Dom. Struv. c. 15. apb. 11. n. 4. & apb 16. Schnobel. d. l. ut & pendentes adhuc una cum fundo feudali transeunt ad novum Vasallum vel Dominum. Schrad. der. p. 2. partis 9. sect. 3. n. 28. & seqq.*

Th. 28. Meliorationes & augmenta naturalia, feudò sine culpâ Vasalli finitò, fundo feudali adjiciuntur *L. 2. §. 1. ff. d. R. D. ut & fortuita & accidentalia.* Industrialia vero melioramenta, quæ à feudo separari, & separata tanquam divisa subsistere possunt, per Vasallū ejusq; heredem auferuntur 2. f. 8. §. e. *contrario. 2. f. 28. §. si Vasallus, Schnobel. d. Diss. 10. Th. 32.* Erit tamen in electione Domini utrum hoc malit fieri, an æstimationem præstare. *Guidotti p. 13. quæst. 19.* Culpâ verò amissò, omnes impensæ & meliorationes perveniunt ad Dominum, vel agnatum, nisi sint necessaria & post culpam commissam factæ. *Schnobel. d. l. Struv. d. c. 15.*

apb. 17.

DISPUTAT. VI.

Th. i.



Ultimo loco de iudicio feudali agamus, & ordinis causa consideremus (1.) personas iudicium constituentes (2.) Actiones, per quas litigantes jus suum persequi solent, & (3.) modum procedendi.

Th. 2. PERSONÆ iudicium formantes sunt vel PRINCIPALES ut: Judex, Actor, & Reus, vel ADMINISTRANTES quatenus inserviunt vel Iudici ut Adseffores, Sapientes, Scribæ, Actuarii, Exeutores, Nuncii sive Bidelii, & quæ sunt alia Apparitorum genera, quibus Salarium, nisi aliunde ipsis deputatum, sumtu litigantium communi erit decernendum *Schrad. Part. 10 Sect. 16. n. 10.* Vel PARTIBUS, ut Advocati, Procuratores, Notarii &c. P. *Berens Disp. feud. ult. eb. penult.*

Th. 3. Judex, qui causam controversam cognoscit & sua sententia definit, *arg. l. 13. §. 2. ff. de Recept. Arbit.* est vel DOMINUS FEUDI, vel PARES CURIÆ, vel JUDEX LOCI ORDINARIUS, vel ARBITER *Gadd. Disp. feud. II. §. 1. Rosenb. de feud. c. 12. concl. 1. n. 2.*

§. 4. DOMINUS est vel superior, vel intermedius, ILLE est in Imperio nostro Imperator, & lites de feudis Regalibus ortas solus dirimit. *Reink. de Reg. Sec. Eccles. lib. 1. class. 4. c. 9. vid. Disp. Antec. 2. eb. 15, & 16.* adeo ut Camera, alias jurisdictionem in non regalibus feudis per præventionem fundans *Gail. 1. Obs. 29. Gadd. Disp. feud. II. eb. 3. Ord. Cam. pr. tit. 7. Limn. d. J. P. l. 2. c. 9. n. 32. & 54.* vel Vicarii Imperii A. B. *tit. 5. verbis ausgenommen der Fürsten Jahrszehn*, vel Iudices privilegiati Austregarum de illis cognoscere nequeant *Gail. lib. 1. Obs. 1. n. 54.* ubi tamen duo notanda (1.) quod si va-
fallus ex causa felonie conveniatur Imperator Electores adhibeat *Capit. Ferdin. 3. art. 25. Leopoldi §. 28.* (2.) quod Imperator istiusmodi controversias, vicaria opera dirimendas, Aulico plerumque de-
mandare consilio soleat. *Rosenb. de feud. c. 12. concl. 3. n. 6. Limn. cit. loc. n. 32. & 55.*

Th. 5. HIC, intermedius scilicet; sive sit clericus, sive laicus *Cap. ceterum X. d. Jud. Cap. verum X. de foro Comp.* sive mas, sive foemina *Schnob. Disp. feud. II. eb. 22.* iudex primæ instantiæ est,
F quoti;

quoties inter vasallos lis de feudo oritur 2. f. 55. §. fin. *Gadd. d. D. tb. 3.* nec clerici, scholares, viduæ, aliæq; miserabiles personæ, si vasalli sint, se cognitioni hujus eximere possunt. *Anon. Disp. feud. 14. tb. 1. lit. d. Berens d. Disp. tb. 19.* nisi vel ipse Dominus consentiat *Rosenthal. c. 12. concl. 37.* vel ex certa & legitima causa sit suspectus 2. f. 46. vel Justitiam administrare negligat 2. f. 22. *Curi. Jun. part. ult. n. 14.* aut pacto investituræ, consuetudine, aut superioris constitutione aliter cautum sit 1. f. 8. 2. f. 2. *Gadd. d. Disp. tb. 5.*

Th. 6. Plures si Domini sunt, omnibus judicandi competit munus, *Gadd. d. Disp. tb. 7. per. arg. l. 37. § 39. ff. de Rejud.* nisi in pupillari ætate existant, vel mente capti, vel furiosi sint, quo casu tutor vel curator vices eorum sustinet. *Schrader. part. 10. Sect. 1. n. 186. Schultz. de J. f. c. 12. n. 28.* Sic & vacante Imperio, vel Imperatore absente vicarii cognitionem de feudis non regalibus habent *vid. A. B. sub. tit. de jure Com. Palat. & Duc. Saxon. Schnob. D. f. 11. tb. 20.*

Th. 7. Olim Dominus Pares curiæ admittebat 1. f. 18. 2. f. 15. *Gadd. d. D. tb. 6. Berens Disp. 10. tb. 42.* moribus tamen aliud introductum, causæque feudales in Principum concilio Germanicè in der Lehn-Kammer plerumque ventilari solent *Excell. Radov. ad Schnobel. D. 11. tb. 20. Stryk. c. fin. q. 4.*

Th. 8. PARES CURIÆ live sint cum litigantibus ejusdem, live inferioris conditionis *Schultz. de feudis c. 12. n. 32. Anon. Disp. 14. tb. 2.* toties judicant, quoties controversia feudalis inter Dominum & vasallum oritur 2. f. 16. § 55. vel si lis Dominum attingit *Stryk. de feud. c. 24. q. 5. Anon. d. l. hoc Judicium vocarunt de § Wainrecht. Carpz. Disp. feud. ult. tb. 11. Besold. in Thesaur. Pract. sub voce Wainrecht.* Judicabunt autem omnes Pares simul; nisi litigantibus aliter placuerit, quò casu utriq; competit electio, sed in eligendo prior est Dominus 2. f. 16. *Borchold. de feud. c. 10. n. 10.* Pares autem live velint, live nolint judicare tenentur *P. Berens Disp. 10. tb. 31. Carpz. d. l. Gadd. d. l. tb. 8.* An autem hujusmodi electi novum præstent juramentum inter feudistas disputatur, verum quæstionem hanc decidet fidelitatis forma *Anon. Disp. 14. tb. 4.* Nam si in juramento fidelitatis clausula, de justitia sine respectu administranda, non reperitur tutius tum est, ut novum exigatur *Stryk. d. l. q. 8.* Quid vero si Vasallus simul sit minister Principis Domini? Relaxant.

laxandum ei ad illum actum juramentum, quod Domino specialiter, ut minister, obligatus est.

Th. 9. ORDINARIUS LOCJ JUDEX cognitionem habet, quando Dominus feudi ex certa & legitima causa Judicis officio fungi nequit *verbi. grat.* si agitur de feudo nondum tradito; sed saltem promisso *Schrad. p. 10. sect. 6. n. 167. Anton. d. l. si justitiam administrare nolit 2. f. 22. c. extramissa c. licet ex parte c. ex tenore X de foro comper.* si res litigii sit allodialis *Gail. 2. Obs. 156.* si vasallus se esse Domini vasallum neget & declinatoriam fori opponat *Gail. d. l. Zabel. Exerc. feud. 9. th. 7. lit. a.* vel demum si ipse Dominus de re feudali ab extraneo conveniatur *Carpz. D. f. ult. th. 16.* Nec huic asserto antecedens octava thesis contrariatur, cum in hac thesi præsupponimus Dominum Pares curiæ vel plane nullos, vel inhabiles, vel numero non sufficientes habere *2. f. 16. Schrad. p. 10. Sect. 6. n. 139.* aut hos in testium defectum examinandos *Rosenb. c. 12. concl. 4. n. 6.* aut suspectos esse *Zabel. Exerc. feud. 9. th. 7. lit. a. Anton. d. Diss. 14. th. 5. lit. c.*

Th. 10. ARBITER est judex, quando quis libero partium consensu, controversiæ terminandæ gratia eligitur, qui autem hoc officium in se semel suscepit, laudo id finire debet, videat autem ne feudum in alios transferat, aut jus Domini lædat *2. f. 34. Stryk. in Exam. feud. c. 25. q. 11. Anton. d. Diss. 14. th. 5. lit. b. & tantum de Judice.*

Th. 11. LITIGANTES sunt ACTOR & REUS feudali qualitate præditi *Anton. d. D. th. 8.* ILLE qui provocat ad Judicium, HIC qui provocatur *l. 62. ff. de Jud.* Provocare autem & provocari possunt omnes, qui specialiter non prohibentur *Anton. d. l. Schrad part. 10. sect. 17. n. 11.* tantum de PRINCIPALIBUS personis, sequuntur ADMINICULANTES.

Th. 12. PERSONÆ ADMINICULANTES, quibus judicium sua natura carere potest, vel accedunt, ut diximus, ad JUDICEM & tunc vel *consultandi causa* ut ADSESSORES & SAPIENTES, quorum ILLI, qui & consiliarii dicuntur *l. 1. §. ff. de Off. Ass. l. 1. C. eod. Ord. Cam. p. 1. tit. 1. §. nemblid* etc. Judici assident, & omnem operam in cognoscendis & dijudicandis causis præstant *Rhoding in Pand. Cam. lib. 4. tit. 3. pr.* HI SAPIENTES seu Jureconsulti, qui vel in toto corpore, vel extra id considerati, ad petitionem judicis respondent

vid. *Disput. inaug. Joach. Henr. Sibrandi de Sapien. Extraneis c. 1. §. 8.*
vel accedunt *judicij instruendi causa* ut *SCRIBÆ, ACTUARIJ, qui hodie ple-*
rumq; vocantur Secretarii, olim Cancellarii l. 3. l. 5. C. de Adfessorib.
Hi acta *judicii sine speciali judicis consensu & mandato publicare,*
& *partibus copiam dare non debent Mynsing. in c. 11. X. de probat.*
& *si imperitè aliud, vel plus minusve scripserint, quam à partibus*
dictum sit, parti læsa ad interesse tenentur, nisi errorem, ante-
quam partibus dent copiam, corrigant Rosbach. in proe. Jud. tit. 8.
n. 9. Et. Executores, Bidelli & reliqui apparitores, sunt judicum
Ministri, eorumque jussa exequuntur. Hi si sportularum plus de-
bito a partibus exigunt, quadruplo puniuntur, hoc modo ut sim-
plum damnum passo reddatur, triplum vero ærario inferatur.
Novell. 124. c. 3. l. ult. C. de Sport. quam pœnam & hodie obtinere
ait: Lindem. in Disp. de Act. §. 105.

§. 13. LITIGANTIBUS inserviunt PATROCINANDO ADVOCATI
& PROCURATORES, quorum officia, quamvis in jure civili maximè
inter se differunt, tamen in bene constitutis *Judiciis in una ea-*
demque persona combinari solent Speckban p. 1. quasi. 69. Gail.
lib. 1. observ. 43. n. 8. Mynsing cent. 4. §. 32. ADMINISTRANDO, Notarii
quorum officium circa *confectionem instrumentorum quam ma-*
ximè requiritur, tantum de personis!

Th. 14. ACTIONES, quibus quis jus suum persequitur, com-
petunt vel DOMINO, vel VASALLO, vel AGNATIS, ILLI & ISTI vel de
FEUDO PROMISSO, vel TRADITO.

Th. 14. DE FEUDO PROMISSO DOMINO datur actio ex illa
causa per quam quis sese obligaverit bona sua Domino offerre,
eaq; ab eo in feudum recipere. Sic si quis accedente stipulatio-
ne bona sua offerre quidem promiserit, & postea promissis stare
recuset, datur Domino adversus eum actio ex stipulatu. Sic ac-
cedente nudo pacto, datur *condictio ex moribus Perr. Jacobin*
in practic. tit. de Condit. ex moribus Stryk. c. 24. q. 5. Anton. Disp. feud.
13. th. 1. lit. b. Sic Domino competit Actio ex testamento adver-
sus heredem, vel legatarium, cui in testamento aliquid sub hac con-
ditione relictum, ut is rem eam à Domino in feudum recipiat
Sibrad. de Feud. p. 5. c. 5. n. 11.

Th. 15.

Th. 15. DE FEUDO TRADITO Domino tribuitur actio tam PETITORIA quam POSSESSORIA, HÆC ob quali possessionem seu Civilem, ut interdicta adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis *Duaren. de Feud. c. 19.* & quidem his uti potest contra quemcunque possessorem, & Vasallum quoque; non tamen contra heredes *Struvius Exerc. Feud. ult. th. 2.*

Th. 16. ILLA est vel PERSONALIS, vel REALIS: PERSONALES actiones sunt (1.) Actio operæ, ut a. ff. appellari sivevit, quâ Dominus utitur adversus vasallum servitia præstare recusantem, ad quæ tamen ex stipulatu erat obligatus, ut ea præstet *Stryk. cap. 24. q. 9.* Potest & hoc casu actionem præscriptis verbis instituere *Stryk. d. C. & 9.* Sed quid si ob denegata Servitia non tam hæc urgeret, quam ipsum feudum revocare vellet Dominus? Instituat, conditionem causâ datâ causâ non secutâ l. f. 21. *Anton. D. Feud. 13. th. 7. lit. d.* quam actionem Dd. Querelam ingrati nominare solent *ad 2. f. 22.* quò tamen casu ad heredes non transit, nec adversus heredes datur *arg. l. 1. 7. & ult. C. de Revocand. Donat. nisi lis cum defuncto contestata sit Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 35. n. 3.*

Th. 17. Et quia ad Dominum proprietas feudi spectat, habet quoque Dominus directam Reivindicationem adversus quemlibet extraneum possessorem 2. f. 2. & 8. pr. modo vasallus vel nolit, vel negligat, vel nequeat utili Rei vindicatione uti *Schneidew. p. 1. feud. n. 27.* Aliquando & hæc Seniori datur adversus ipsum vasallum, ejusque heredes, si vel feudum finitum, vel illicitè alienatum, vel ob feloniam amissum *Sonsbec. p. 13. n. 25. Struvius Exerc. Feud. 13. th. 10. Exerc. 15. th. 11.* habet & publicianam actionem, ut ex Rosenthalio asserit *Antonius Diss. Feud. 13. th. 6. lit. 2.* ubi & de præscriptione harum actionum agit.

Th. 18. VASALLO tam in petitorio, quam possessorio dantur quoque actiones & quidem consideremus primum eas, quas in petitorio habet ratione feudi promissi, quo casu si præcesserit stipulatio, datur actio ex stipulatu, *arg. l. 83. ff. de V. O. Clarus §. feudum. q. 59. Duarenus de feud. c. 18. n. 2.* Si Emtio, ex Emtio l. n. in pr. §. de AEt. Emt. Si permutatio: præscriptis verbis *arg. l. 1. §. 1. l. 5. §. 1. ff. de Præscr. verb. Risterhus. 2. f. 8. q. 5.* Quid si modo pactum intercesserit? datur

car illi **CONDICTIO** Ex moribus *Stryk. in Exam. 7. f. 61. 24. q. 5.* Quod tamen casu Dominus ad feudum tradendum non tenetur, sed interesse præstando liberatur *Mynsing. cent. 4. Observ. 61. n. 14.* Pollicitatione facta habet **IMPLORATIONEM OFFICII JUDICIS** *Schnobel. Disp. feud. 11. tb. 1.* Investiturâ abusivâ factâ, **BENEFICIARIA ACTIO** locum habet, cui actioni præter hoc varia Ddres indiderunt nomina, aliam eam vocarunt actionem de feudo, alii conductionem ex lege *Duar. de feud. c. 18.* plerique Conductionem ex moribus *Clar. all. §. 9. 89. Schrad. p. 2. c. 5. n. 26. Rosenb. c. 12. concl. 11. n. 25.* Hac actione Dominus conventus præcisè ad eandem rem tenetur, nec præstatione interesse liberatur *Borcholt. de Feud. c. 9. n. 11.* dantur quoq; hæ actiones heredibus & in heredes, nisi investiens fuerit Episcopus, sive Prælatuſ rem Ecclesiæ in feudum promittens, hujus Successor non, ni velit, tenetur *Duaren. de feud. c. 18. n. 5.* Si feudum merè hereditarium datur Vasallo **HEREDITATIS PETITIO** *Friedlieb in tract. Syn. de Feud. c. 12. n. 7.* quando scilicet & allodialium sit successor *vid. Strykius c. 24. q. 20.*

Th. 19. De feudo jam tradito dantur Vasallo actiones tam **PERSONALES** v. g. **QUERELA MALÆ TRACTATIONIS** illi quem dominus crudeliter tractat *Zabel. Exerc. feud. 16. tb. 3. n. 5.* **CONDICTIO** Ex **CONSUETUDINE** ob feudum evictum 2. f. 8. ob meliorationes in feudo Domino aperto factas *Schrad. p. 2. p. 9. section. 2. n. 34.* Ob fidem à Domino Vasallo non servatam, ob denegationem renovatæ investituræ, vel justitiæ &c. *Seruvius Ex feud. 19. tb. 3. n. 5.*

Th. 20. Quam **REALES** ut, utilis Rei vindicatio 2. f. 8. *Stryk. c. 24. q. 17. Birsch. ad tit. 2. F. 8. not. 4.* quæ vasallo datur non tantum contra tertium possessorem, sed ipsum Dominum, si sine ejus facto possessio feudalis ad Dominum pervenerit, d. 2. f. 8. Publiciana actio *Stryk. cc. 9. 18.* confessoria & Negatoria actio, uti vero in feudis non est vera, sed analogica quædam servitus, ita etiam actiones hæ quasi confessoria & negatoria dicuntur. *Birsch. 2. F. 8. not. 7.* Sed quid de Deprædationis beneficio dicendum 2. f. 22. *in fin.?* Hottomanus barbaricum hoc vocavit beneficium *ad cap. citat. minimeq; tolerandum videatur Zabel. d. Exerc. 9. tb. 5. lit. b.*

Th. 21. Jam ad actiones quæ in Possessorio habet & interdicta dicantur, nos vertimus, competunt vero vasallo interdicta **RETINENDÆ** possessionis ut interdictum, uti possidetis, quod com-

competit vasallo, ejusque filiis contra ipsum Dominum, ut & extraneum 1. F. 3. 4. 2. F. 7. § 27. competunt & alia remedia retinenda possess. Vasallo *Rosenhal. de Feud. c. 12. Concl. 12. n. 44.* RECUPERANDÆ ut interdicta unde *vi Borcholt. de Feud. 1. 9. n. 19. Vultej. lib. 2. c. 1. n. 15.*

Th. 22. AGNATIS competit actio revocatoria, vel ex Jure protomysios, quando alienator, ejusque liberi sunt superstites, tunc hac actione feudum, pretio redditu, revocant; vel ex Jure devolutæ successione & tunc Vasallo mortuo pretium emtori non refunditur sed gratis feudum revocatur 2. F. 26. *Vid. Disp. antec. quod in megapoli aliter obtinet, ubi feuda consentiente Domino debitis honorari possunt, a quibus Agnati postea ea liberare tenentur. Est & hujus asserti exceptio, quando expresse; vel tacite Agnati consenserint. Myns. ent. 4. Obs. 85. vid. Disp. Antec. th. 13. Tertia exceptio est, si tempus revocationis, quod in jure protomysios anno, in jure successione triginta annis absolvitur, præterierit *Setser. Disput. Feud. ult. th. 26.* datur & filio aut agnato interdictum adipiscendæ possessionis, Quorum bonorum 2. F. 26. § tantum de Actionibus.*

Th. 23. Restat ut de MODO PROCEDENDI pauca addam, qui ferè, cum illo à Jure Civili & Canonico præscripto, & usu fori in aliis Causis recepto, idem est. Olim quæ singularia fuere in desuetudinem dudum abiire v. gr. Una citatio peremptoria non sufficiebat 2. f. 22. in pr. 2. f. 25. §. 1. nisi vasallus se primæ Citationi non paritum expresse dixerat *Friedl. c. 1. cap. ult. n. 19.* Hodie sufficit *Stryk. de feud. c. 25. q. 14.* Vasallus non impetrata venia non poterat olim Dominum in jus vocare, hodie vero potest, modo actio non sit famosa 2. f. 33. *Niell. Disp. f. 10. lit. b.* Olim quinque testes omni exceptione majores ad convincendam Vasalli ingrati-tudinem requirebantur 2. f. 57. quod tamen hodie contrariâ consuetudine abrogatum testatur *ex Borcholto Schultz de feud. c. 12. n. 54.* Olim in Judiciis feudalibus, actore non probante, reus statim non absolvebatur; sed Juramentum purgationis, cum duodecim sacramentalibus, i. e. conjurantibus, præstare cogebatur 1. f. 4. §. 1. §. 8. 1. f. 10. 14. 2. f. 23. § 26. Hodie ab hac consuetudine prorsus recessum esse notant, *Zafius p. 11. in fin. Setser de Juram. l. 3. c. ult. Gail. de P. P. lib. 2. 27.* Ubi tamen adhuc singulare est mulierem in feudalibus testem

testem non esse, nisi illustrem, aut feudum possidentem *Stryk. c. 25. q. 19. per 2. f. 32. in fin. Quidortus de feud. p. 1. q. 23.*

§. 24. Re conventio in iudicio feudali locum non invenit, nisi causam seu rem feudalem contingat, ac peræque feudalis sit, *Sonsbec. §. 14. n. 38. Gail. 1. O. 1. Myns. cent. 4. obs. 90. Stryk. c. 25. q. 16.*

§. 25. Cognitâ causâ sententia formatur & publicatur *Stryk. c. c. q. 25.* quæ tamen, si aliquid iniustitiæ alit, impugnari potest appellationis beneficio *1. f. 22.* modo dominus privilegio, de non appellando, non gaudeat, quo casu alia juris remedia ut, restitutionis in integrum, Revisionis actorum, nullitatis &c. adhibeat.


§. 26. Executio datur Domino feudi, facultatem exequendi habenti; quâ deficiente eam à iudice ordinario petat. Est autem ordinarius in actione personali, ille, qui est, domicilii; in actione reali, qui est rei sitæ *Stryk. c. ult. q. 39.* sed quid si contra dominum executio faciendâ? an ipsi competat beneficium competentia? *Zasius per 2. f. 58. & Scrad. p. 2. c. 3. n. 97.* Id affirmant. Poterit autem executio fieri in bona feudalia si dominus consentit; dissentiente verò domino tantum in fructus feudi *Pistor. lib. 1. q. 15.* Publicatis autem vasalli bonis, transit feudum ad fiscum, usque dum ex descendantibus delinquentis unus super sit, modò pœna delicti non sit amissio feudi *Pistor. c. 1. n. 8.* Quibus tandem breviter dictis


vela contraho, Deoque trinuni devotissimas
grates agò!

Errata corrigenda.

D. 1. th. 2. lin. 8. pro quorum lege quarum. D. 2. th. 5. fini addatur nisi provinciae usus obstet. th. 8. ubi pro §. pon. th. lin. 5. deleatur in & pro dare lege facere th. 21 pro 2. f. 16. lege 2. f. 26, D. 4. th. 8. delentur Mynsing. &c. D. 5. pro perpetratur lege perpetrat th. 11. pro admittat lege amittat.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn749567503/phys_0058


DFG

der Landfriede zu Wormbs de Ao. 1495 zu Augsburg
die pan der friedbrecher. Georg. Schultz. d. c. 11. n. 40.
examinat, an ob incestum feudum qvoq; amitta

§. 16. Hactenus egimus de culpa COMM
OMISSIONIS respiciens vel VITAM & INCOLUMIT
RES ET JURA EJUS Schultz. c. 11. n. 43. ILLAM neglex
fallus(a) quando sciens grandem jacturam domi
avertere non studet, ultró, cum possit, ad occu
riculo se non offert, aut dominum quàm civiim
torem 2.f.24.vers. praterca.2.f.39.in fin. 2.f.7. Bitfcb
c.11.n.43. (b) si carcere inclusum vel ab hostibus c
possit, liberat 2.f.24. §. item si delator 2.f.39. §. ult. cog
lus lytrum pro captivó, si aliter eum liberare neq
tòq; magis ex ea causa pro Domino fidem interp
§. item si delator Schultz. d. l. (c) aut dominum in
in princ. 21.2.f.24. §. item qui dominum, Sonsbec. p. 11
guimus hic inter campestre, & navale prælium
an domino desertio nocuerit, an non l. 3. §. vix b
Schraderus p. 6. c. 6. n. 74. an à fratre deserentis, con
tenentè, dominus defensus sit, an non Rosenb. c. 11
2.f. 11. vers. neque excusandi an fugitivus pœnitentiã
fuerit, an non Schneiderv. p. 8. c. 1. n. 20. Excipe tamen
jam tempore fugæ vel occisus, vel saltem leth
fuerit, r. f. 5, lethalitas tunc arbitrio Judicis, adhil
consilió, definienda Zabel. d. Ex. 4. t. b. 4. lit. d. (2)
per errorem putans dominum mortuum vel mo
tum dimittit, modò ex verisimilibus conjecturis
c. 11. n. 46 vers. quod si. Sonsbec. p. 12. n. 13. (3) nec de
justam Guerram moventi vasallus opem ferre te
2.f. 7. excusaturq; (5) quando propter membra
Friedlieb. c. 11. n. 20. aut (6) sine manifesto vitæ dil
trices manus ferre nequit Arum. D. f. 8. Th. 2.

Th. 17. HÆC violasse judicatur
gitimum tempus, sine justâ excusationis causâ, in
petendo 2.f. 24. 40. 55. Diss. antec. th. 11. (b) Serv
do requiruntur; non præstando l. f. 21. 2.f. 24. §. sed
ad bac, Rosenbals. c. 8. concl. 26. quò pertinet si censu

F3



the scale towards document

ir.
qq.
tur
vel
va-
em
pe.
er-
ltz
am
fal-
ul-
.d.
f.5.
in-
nec
lit.
am
ult.
sus
us
tus
tur
lus
ra-
ultz
e in
dde
re,
lia-
les
on
an-
rs.
cu-
ma